



passio nostra salus eius vulnera nostra sanitas; ejus mors nostra vita: quomodo tamen cohereret, quod amat carum facit ventrem, quod ipse declarat Quomodo enim am ritudine maxima non recrudescat cor nostrum, si Jesum Christum talia pro nobis cogitamus esse perpeffum? Si enim filius es, ecce patrem, hunc cogita pro tua salute, tam facile laceratum, & amaricabitur venter tuus. Si peccator es, innocentem hunc cogita pro peccatoris salute talia patientem, Et amaricabitur venter tuus: Si impius es, ecce iudicem hunc cogita, acerbissimam mortem patientem, ut salvetur impius: Et amaricari faciet ventrem tuum: Si amicus es, ecce fidum amicum hunc cogita talia pro amicis patientem, Et amaricari faciet ventrem tuum: Si servus es, ecce Dominum, hunc cogita pro servis patientem, Et amaricari faciet ventrem tuum: Si homo es, ecce Deum hunc cogita, in humana carne pro homine patientem: Et amaricabitur venter tuus. Erit tamen dulcis in ore tuo, si ea, qua ex tam acerba passione tibi promanarunt, bona consideres, ejus passio est salus tua, ejus vulnera sunt sanitas tua, ejus mors est vita tua.

Don. Malon  
160. Alcazar. Viegas.  
Joan. Pena. La Haye.  
Eucharistia liber.  
Eucharistia nostrum de sacrificium & avidis sumenda.  
Exod 12. Rupert.  
Psal. 20. Joan Pena.  
Luc. 22.  
161. Job. 3.  
Magno desiderio disponitur ad Eucharistiam.  
D. Gieg.

enim suspirare non comedit, suspirium sane index est flammam anime amoris ardentis. Suspirat Iob exprimens flagrantis anime desiderium, quod solum hoc sacro cibo saturari poterat. D. Bernard. serm. 1. in Cant. Tali animis ait, suspiratio frequenter, nisi sine intermissione orant, & affluant pre desiderio, qui ita queritur, miseratus occurrit.

Decantat Regius Vates. Psalm. 96. num. 3. Ignis ante ipsum procedet. Tanquam si ignis divinae majestatis sit famulus ac praecursor. Nulli enim Deus hospitari consuevit, & commorari, quo non praecesserit ignis, qui hospitium calefaceret, sitim, ac desiderium accenderit: Ab eo possidetur Dominus, in quo flamma ejus desiderii praecesserit. D. Bernard. sermon. 31. in Cantic. sic ait. Ignis ante ipsam procedat faciem ejus ad omnem animam, ad quam est ipse venturus, qui omnem consumet rubiginem vitiatorum. Et se prepara locum Domino. Quod per opt me fecit Deus Divus Augustinus sic Deo loquebatur capit. 3. Manuel. T. gignit, elementis, sicut Deus, in voce in animam meam: quam praeparas ad capiendum te, ex desiderio, quod spiras, ei.

D. Bern.  
162. Psalm 69.  
Desiderio preparatur anima ad recipiendum Dominum.  
D. Bern.  
D. August.

QUESTIO XVII.

Quare Joanni, qui jam multum laboraverat pro Ecclesia Dei, ei dicitur quod adhuc ei oportet iterum Praedicare, & Prophettare.

Non tantum dicitur Joanni convenit, ac decens est, sed te oportet iterum Praedicare, ac si uno Ecclesiastico, & Praelato tam vehementer incumbat onus aliorum salutem procurandi, ac si hoc ei oporteat, & necessarium sit; & dicitur ei oportet te iterum Prophettare populis, & gentibus, & linguis, & regibus multis: Cum tamen regressus ab exilio in Asia Praedicaverit in qua non multi erant populi, nec multi reges, nec multae linguae, sed una erat lingua, unusque Rex, quia Joannes non solum verbo, sed etiam scripto Dei magnalia praedicavit. D. Bernard. Sen. Licet Joannes ait, non exierit ab Asia, si non praedicavit verbo, tamen scripte multis regibus praedicavit: adhuc hodie praedicare non cessat, quia quaecumque ab eo scripta sunt, ad nostram doctrinam scripta sunt.

163. Praetio maxime incumbit onus salutis aliorum.  
D. Bern.  
Evangeliis  
Sicut Praedicant

Secundo, Multi fuerunt Prophetae, ac Apostoli, qui Dei verbum praedicarunt, attamen inter omnes solum Joanni dicitur, Oportet te Prophettare. Licet omnes Dei Verbum annuntiasent; tamen Joanni altius & excellentius, quam aliis, sacra mysteria sunt revelata, & inde oportebat, ut id quod ipse in secreto biberat, in publicum omnium salutem eruclaret, ut fideles tam sublimium mysteriorum haberent cognitionem. Ansbertus. Oportet non solum, ait, hanc Apocalypsim, quam manu sua in Patibos scripserat, ad notitiam sanctorum deferre, verum etiam Evangelium populis, & gentibus, & regibus multis altius, quam aliis praedicare. Expende ultima verba.

164. Joannes altius caseris innotat Dei mysterio.  
Ansbertus

Tertio

165. Labor requies sanctorum.

Tertio, multos jam labores pertulerat Joannes in Christi Evangelio praedicando, & cum iam esset valde senex, ac jam proveclat aetatis in ultima vita meta constitutus. Cur ergo ei, non dicitur a tantis laboribus requiescere, ut tam ad beatitudinis beativum assumatur; sed mandatur ei iterum praedicare ac Prophettare coram regibus ac populis, quia sancti nunquam otiosi permittuntur, sed semper nova eis occurrit laborandi occasio in vinea Domini quae est eorum quies, & requies. Haymo cum iam, ait, proveclat esse aetatis, & putaret se celerius ad Christum in mundo migrare interfecto Domitiano & cuncta eius visione cessata: reversus est ad Ephesum, ubi praefatam Apocalypsim Ecclesiis iradidit legendam; Ebione autem & Valentino, & Cherino contra Christum oblatranibus, Evangelium etiam scripsit, & ideo iterum tot populi, & gentibus praedicavit.

166. Maxime multum salutem consulere.

Quarto, Joannes vehementer exoptabat a carcere corporis dissolvi, pro quo saepe saepius deum rogaverat ut in ejus gloriam, ac societatem transferretur; cur ergo iustis eius desideriis non satisficit, sed nova permanentia in corpore ei denuntiatur; maxime apud Deum praeponderat plurimorum conversionem beatitudinis nisi unius suis dilecti. & ideo non eam denegans, sed differens, multorum salutem valde sedule conficit. Rupertus. Oportet, ait, ut iterum Prophettare, ac si dicat, iam dudum quidem scio, quod absolvi velis corpore ex toto corde desiderans faciem meam videre, & odor meus concupiscentias aeternitatis excitavit in te, & pro hoc multoties rogasti me, & nunc dico tibi, ut populum liberem servitutum mibi: ob hanc causam oportet te iterum Prophettare populis.

167. Ille vere sapientiam suam aliis communicat.

Quinto, Joannes, librum accepit de manu Angeli & quae in eo erant, scripta legerat, & tantorum mysteriorum intelligentia ditatus erat, quae omnia ut superna mysteria ei abundant sine sufficerebant, cur ergo iubetur iterum prophettare, seu praedicare gentibus: quia non satis est quod quis in divinis mysteriis sit apprime eruditus illiusque thsauris ditatus, sed etiam ut illius venas aliis aperiat, eosque in divinis rebus illustret. Albertus Magn. Nota: ait

quod Joannes intelligentiam Scripturarum acciperat, ut opere impleveret: & ideo dicitur Angelus quoa oportet ipsum praedicare.

Ait Regius Vates Psalm. 18. num. 11. Quam dulcia faucibus meis eloquia tua super mel ori meo. Non contentus fuit Psalter dicere eloquia Domini dulcia faucibus suis, sed insuper addidit sapida super mel ori suo. Cur faucibus suis & ori suo dulcescere asseruit? An quia non solum verbum divinae sapientiae faucibus cordis nostri sapere debet, sed etiam ori nostro, dum aliis annuntiat, ac praedicat, & dum os doctrinam diffundit in aliorum salutem tunc super modum eius dulcedo exaggeratur super mel & favum Remigius Altifiodoren. Dulcia faucibus, ait, videlicet cordis non tantum dulcia sunt mihi ad edificationem meam; sed etiam ori meo sunt dulcia super mel, ut erucltem illa ad edificationem proximorum, quia plus me delectat proximi edificatio, quam aliqua terrenarum rerum dulcedo.

168. Psalm. 18. Scientia non est abscondenda in corde sed manifesta.

Enumerans Apostolus Sancti Spiritus dona, 2. Corinth. 12. n. 8 ait: Alii datur sermo sapientiae: alii autem sermo scientiae: alteri fides, alii gratia sanctorum, alii operatio virtutum, alii genera linguarum &c. Valde dispari modo loquitur Apostolus in his donis recensendis. Cur, ait, sermo sapientiae, sermo scientiae, quod in aliis donis non fecit, sed tantum ait datur fides gratia sanctorum, seu miraculorum, genera linguarum, Cur ergo in sapientia, & scientia, non solum dicitur, quod huiusmodi charismata dantur, sed etiam eis adhibuit sermonem: Sermo sapientiae, sermo scientiae; ut nobis esset manifestum, sapientiam, ac scientiam divinam, sic nobis dari, ut in alios deriventur, non enim nobis a Deo datur sapientia, & scientia ut sit in corde sed ut sit in sermone, ut aliis communicetur, in ea quae instruuntur a nobis. D. Bernard. serm. 13. Parvis. Casera charismata, ait, datur nobis ad aliorum utilitatem, unde Apostolus cum de distributione donorum loqueretur, non ait simpliciter, alii datur sapientia, alii scientia: sed addidit dicens sermo sapientiae, sermo scientiae; ut eo tendere: quod huiusmodi dona propter alios dantur, scilicet ut alii edificentur. Vide supra c. 5. v. 19. n. 163, 164, & 165.

169. 1. Corinth. Non satis est scire, sed debet etiam scientiam aliis communicare.

D. Bern.